UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Homilia XVII. (juxta Hieronymum IV.) De eo quod scriptum est: Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit, faciens divitias suas non cum judicio, in medio dierum ejus derelinquent eum, & novissimis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-79842

Visual Library

conscientia & aperto corde videbuntur li-A
teræ peccatorum, quæ in stylo ferreo, in
ungue adamantino sculptæ sunt. Atque
ita universa spectantium multitudo leget in
pectore meo signatas imagines peccatorũ:
Rom. 2. 15 *Nihil* enim *absconsum, quod non revelabitur;*
Et inter se invicem cogitationum accusantium
2. Cor. 4. 5. *sive defendentium.* Et; *Nolite ante tempus ju-*
dicare, donec veniat Dominus, & illuminet ab-
scondita tenebrarum, & manifestet consilia cor-
dium. Cui manifestabit? utique non sibi,
qui antequam fiant cuncta, cognoscit: sed
his qui cum illo venturi sunt, & propter B
puritatem mentis & corporis Agnum se-
quentur, ostendet delicta in corde peccato-
ris expressa, ut resurgant justi in gloriam,
peccatores vero in opprobrium & confu-
sionem æternam; à quibus liberet nos Deus
resurgentes cum Christo Jesu, cui est gloria
& imperium in sæcula sæculorum, Amen.

ἐγυμνώθη μου τὸ στῆθος, καὶ ἡ καρδία ἐγ-
χαράσσω τὰ γράμματα ἐγλεγραμμένα τῶν ἁμαρ-
τιῶν ἐν τῷ γραφίῳ τῷ σιδηρῷ, τῷ ὄνυχι τῷ ἀ-
δαμαντίνῳ, καὶ πάντες διαγινώσκουσιν ἐν τῷ
στήθει μου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ μου τοὺς τύπους μου
τῶν ἁμαρτημάτων· οὐδὲν γὰρ κρυπτὸν ὃ οὐ φανε-
ρωθήσεται· ἀλλὰ καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λο-
γισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων,
καὶ μὴ πρὸ καιροῦ κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύ-
ριος· ὃς δὲ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανε-
ρώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν· τίνι φανερώσει;
οὐχ ἑαυτῷ. αὐτὸς γὰρ οἶδε τὰ πάντα πρὶν γενέ-
σεως αὐτῶν· ἀλλὰ καὶ τίνι φανερώσει; πᾶσι
τοῖς μέλλουσι βλέπειν διὰ τὴν αὐτῶν καθαρό-
τητα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἡμαρτηκότος, ἵνα οἱ ἁ-
μαρτωλοὶ αἰσχύνωσιν εἰς ὄνειδισμὸν καὶ εἰς αἰῶ-
νιον αἰώνιον. ἀφ' ὧν ῥύσεται ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων θεός,
ἵν' εἰς δόξαν τῷ ἐν χριστῷ ἀνασῶμεν, ᾧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν·

HOMILIA XVII.

{ *juxta Hieronymum IV.* }

De eo quod scriptum est:

Ier. 17. 11. *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit,*
faciens divitias suas non cum judicio, in me-
dio dierum ejus derelinquent eum, & novis-
simis suis erit insipiens.

ΟΜΙΛΙΑ ιζ'.

Εἰς τὸ.

Ἐφώνησε πέρδιξ, μέχρι καὶ ἡμέραν ἀνθρώ-
που οὐκ ἐπεδύμησα·

Eodem Interprete.

Ier. 17. 12. & seq. *THRONUS gloriæ exaltatus ab initio*
locus, sanctificatio nostra, sustentatio
Israel. Domine omnes qui te dereliquerunt, con-
fundantur decedentes, super terram scribantur,
quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum. Sa-
na Domine, & sanabor; salvum me fac, & sal-
vus ero, quoniam gloriatio mea tu es: Ecce ipsi
dicunt ad me; Ubi est sermo Domini? veniat.
Ego autem non laboravi subsequens post te, &
diem hominis non concupivi; tu scis. Ad famo-
sam venimus quæstionem inspicere, quid
sit perdix, de quo Scriptura nunc loquitur:
Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit, D
faciens divitias suas, non cum judicio. In dimi-
dio dierum ejus derelinquent eum, & in novissi-
mis suis insipiens erit. Ex natura volucris di-
gnum videtur quandam historiam commem-
orare, ut animal cognoscentes scire possi-
mus, utrum ad bonam an malam partem
nunc nominati perdicis intelligentiam re-
feramus. Dicitur autem hoc esse animal
malignum, fraudulentum, callidum, multumque decipiens venatores. Sæpe quippe
ante pedes aucupis volvitur, & in medio ejus conatu, quasi jam apprehendendus
elabitur? Prædam sui ex vicinitate promittit, & hoc agit, ne ad nidum fœtuum ejus

Ἐπὶ τοῦ διαβόητον ζήτημα ἐληλύθαμεν, ἰδεῖν
τίς ἐστιν ὁ πέρδιξ, περὶ οὗ νῦν φησιν ἡ γραφή.
ἐφώνησε πέρδιξ, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκε, πολὺν τὸν
πλοῦτον αὐτοῦ μὴ κρίσεως. ἐν ἡμίσει ἡμερῶν
αὐτοῦ ἐγκαταλείψουσιν αὐτὸν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων αὐ-
τοῦ ἔσται ἄφρων· ἐν δὲ τοῖς φυτεῖς ζῶον δεῖ ἀ-
ναλαβεῖν, ἵνα ἰσόρροπον τοῖς δὲ πέρδικι. ἵνα εἰδῶ-
μεν τὰ περὶ τὸ ζῶον μὴ πρότερον ὑπὸ κρείττο-
νος τάξαι, νῦν ὃ λεγόμενον τὸν πέρδικα ὑπὸ
χείρονος λέγεται δὴ τὸ ζῶον εἶναι κακοήθεσάτον,
καὶ δόλιον, καὶ πανοῦργον, καὶ ἀπατᾶν βουλόμενον τοὺς
θηρεύοντας, καὶ πολλάκις κυλιόμενον τοῖς πο-
σὶ τοῦ θηρεύοντος, ἵνα αὐτὸν τοῖς ἀπατήσῃ, ὡς ἐγγὺς
ὂν τοῦ ζῴου τοῦ τοῦ μὴ ἴδῃ ὑπὸ τῶν καλίδων. καὶ
νικᾷ ἐὰν σοχάσωσι τοῖς ἀπατῆσαι κενὴν τὴν θηρευ-
τῶν

τὴν, καὶ τὰ νεοσσὰ πεφευγότα, ὅτε καὶ αὐ-
τὸς ἀφίσται· ἔστι γὰρ τὸ ζῶον παγκάθαρτον,
ὥστε τὰς ἄρρενας μονομαχεῖν πρὸς ἀλλήλους
περὶ τῆς μίξεως, καὶ ἄρρενα ἄρρενα ὑπιβαίνειν· εἰ
δὲ κακόηθες, εἰ καὶ ἀκάθαρτον, εἰ καὶ πανδέρ-
γον, εἰ καὶ ἀπατηλὸν ὅτι τὸ ζῶόν ἐστι, δῆλον
ὅτι τάξαι ὑπὲρ κρείττονος αὐτὸ, ὡς εἰπεῖν ὑπὲρ τὸν
σωτῆρα δυάσται ἀναφέρεται, ἀσεβὲς εἶναι
φαίνεται· δεῖ δὲ ἰδεῖν, ἂν θέλωμεν, αὐτὸν ἑρμη-
νεῦσαι ὑπὲρ τὸν δύπκείμενον, εἰ ἀκολουθεῖ ἡμῖν
ὅλῃ τῇ ἑρμηνείᾳ· ἀρξώμεθα δὴ ἀπὸ τοῦ· ἐφώνησε
πέρδιξ, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκεν· οὐκοῦν ἃ τὰ
ἴδια κτίσματα συνάγει ὁ διάβολος, οὐχ ἃ
ἐγέννησε συνάγει, ἀλλ' ἐπὰν φωνήσῃ, συνάγει
τὰ ἄλλα κτίσματα. καὶ ποιεῖ αὐτὰ ἴδια· ἐφώ-
νησε πέρδιξ διὰ οὐαλεντίνου· ἐφώνησε πέρδιξ
διὰ μαρκίωνος· ἐφώνησε διὰ βασιλείδου, διὰ
πάντων τῶν ἑτεροδόξων· οὐδεὶς γὰρ ἐκείνων
δυνάται εἰπεῖν τὴν φωνὴν ἰησοῦ· τὰ ἐμὰ
πρόβατα τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούουσιν· ἀλλ' ἡ φω-
νὴ μὲν τοῦ ἰησοῦ ἐν παύλῳ, καὶ πέτρῳ. διὸ ἔλε-
γεν ὁ παῦλος· εἰδοκιμεῖτε ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ
λαλοῦντος χριστοῦ; φωνὴ τοῦ συναγαγόντος
ἃ οὐκ ἔτεκε πέρδικος ἐν τοῖς ἀποπλανῶσι, καὶ
ἀπατῶσι διὰ τὴν ἀκεραιότητα καὶ διὰ τὸ ἀ-
παράσκευάστους τοὺς ἁπλουστέρους τῶν πιστευόντων·
ἐφώνησεν οὖν πέρδιξ, συνήγαγεν ἃ οὐκ ἔτεκεν,
ποιῶν πλοῦτον αὐτοῦ μὴ κρίσεως· ἐπλούτησεν
ὁ πέρδιξ. ἰδὲ πόσαι αὐτοῦ εἰσι μυριάδες· πολ-
λαὶ γὰρ πέρδικος γεγόνασι τῆς δυνάμεως τῆς
αὐτοκειμένης, καὶ ἐποίησε πλοῦτον αὐτοῦ, οὐ με-
μιγμένων κρίσεως, οὐδὲ κρίσιν ἔχων, ἀλλ' ἀκρί-
τως πράττων· διὸ λέγεται ὅτι ποιῶν ἐστιν ὁ πέρ-
διξ πλοῦτον αὐτοῦ οὐ μὴ κρίσεως. ὁ δὲ ἐμὸς σω-
τὴρ ποιεῖ πλοῦτον αὐτοῦ μὴ κρίσεως, καὶ κεκερ-
μιγμένος ἐστὶν ὁ πλοῦτος καὶ ἐκλελεγμένος· ἐν ἡμί-
σει δὲ ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλείψουσιν αὐτόν.
ἡμεῖς πάντες, οἱ γενόμενοί ποτε ὑπὸ τὸν πέρ-
δικα τὸν φωνήσαντα. ἐφώνησε γὰρ οὐ μόνον διὰ
τῶν προειρημένων, ἀλλὰ καὶ διὰ πάντων ἁ-
παξαπλῶς τῶν ἀπατώντων. ὡς ὑπὲρ δυσσέβει-
αν τοῦ ἀθεότητα προκαλουμένων ὑπὲρ δόγμα-
τα ἐνδυπάτῃ ἀληθείᾳ· ἀλλ' ἐν ἡμίσει ἡμερῶν
αὐτοῦ ἐγκαταλελοίπαμεν αὐτόν· πᾶσαι μὲν γὰρ
αἱ ἡμέραι αὐτοῦ αἱ ἡμέραι εἰσὶ τοῦ αἰῶνος τούτου·
ἐπεὶ δὲ ἐξείλατο ἡμᾶς ἐκ τοῦ αἰῶνος τοῦ ἐνεστῶ-
τος πονηροῦ χριστὸς ἰησοῦς, διὰ τοῦτο ἐν ἡμίσει
ἡμερῶν αὐτοῦ ἐγκαταλελοίπαμεν αὐτόν, ὡς ἐπ'
ἐσχάτων αὐτοῦ ἔσαι ἄφρων. πότε γὰρ φρόνιμος ἦν,
ἐν ἐπ' ἐσχάτων αὐτοῦ γένῃ ἄφρων; ἀλλὰ φήσομεν ὅτι φρόνιμος ἦν· ὁ γὰρ ὄφις ἦν φρόνιμω-

A citus venator occurrat. Cumque jam sensérit fugisse pullos suos, tunc & ipse illuso hoste discedit. Sed nequitiam ejus vincit impuritas. Ambigendum non est de eo quod dicturi sumus, quod ex iis qui mansueti in casis nutriuntur, veritas approbat; masculus in masculum consurgit, obliviscitur sexum libido præceps, pugnatur ad coitum, & una palma victoris est polluisse quem vicerit. Si igitur malignum, si immundum, si dolosum hoc animal est, impium videbitur ad meliorem partem hujus referre nomen,
B & ad Salvatoris nostri Jesu Christi intelligentiam temperare. Magis autem convenit mala zabulo adjungere, & super adversario lectionem intelligere præsentem: si tamen totius capituli nos secuta fuerit interpretatio. Incipiamus ergo ab eo quod scriptum est: *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit.* Non proprias creaturas congregat zabulus, non ea colligit quæ ipse generavit, sed cum clamaverit alienas congregans creaturas, facit eas suas. Clamavit perdix per Valentinum, clamavit per Basilidem, per Marcionem, per omnes qui alie-
C næ à Deo gloriæ cupiditate rapti sunt. Nullus enim eorum sonare poterat vocem Domini Jesu: *Meæ oves meam vocem audiunt.* Joh. 10. 27. Sed erat vox Christi in Paulo, erat in Petro; propter quod Paulus dicebat: *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus?* 2. Cor. 13. 3 Vox autem congregantis quæ non peperit perdicis, in illis est qui simplices quosque fidelium laqueo hæreticæ factionis impediunt: *Clamavit* itaque *perdix; congregavit quæ non peperit, facere delicias suas non cum judicio, dives factus est perdix.* Ecce ejus
D quanta sunt millia, ingens turba, multi sunt populi captivorum, & facit divitias suas non cogitans judicium, neque habens in corde justitiam, sed omnia sine lege gerens; merito arguitur non cum judicio fecisse divitias. Meus autem Jesus facit divitias suas cum judicio. Exinanita est & deleta ejus opulentia. *In medio dierum ejus derelinquent eum.* Ier. 17. 11. Nos omnes qui quondam fuimus sub clamantis potestate perdicis. Clamavit quippe non solum per eos quos supra memoravimus, sed per omnes generaliter, quasi ad pietatem & ad religionem vocantes,
E sub contrario veritati dogmate clamaverunt. Nos, inquam, universi in dimidio dierũ ejus dereliquimus eum. Et omnes quidem *dies hujus sæculi, sed quia eruit nos ex instanti sæculo nequam Dominus Jesus, idcirco in medio dierum ejus derelinquimus eum. *Et novissimum ejus erit insipiens.* Quando autem sapiens fuit, ut novissimum ejus merito insipiens fiat? Sed dicamus eum fuisse sapientem: *Serpens quippe sapientior* Gen. 3. 13

* f. dies ejus, dies hujus sæculi Ier. 1. 7. 11.

erat

erat omnibus bestiis super terram, quam fecit Dominus Deus. Sapiens fuit juxta id quod scriptum est: *Adducam super sensum grandem principem Assyriorum. Dixit autem: Violentia mea faciam, & sapientia. Intellectus auferam fines Gentium, & virtutes eorum depascam & commovebo civitates inhabitatas.* Si quis potest intelligat quomodo novissimum ejus erit stultum. Iste ab eo quod fuit sapiens male, sapientior erat omnibus bestiis super terram: fit è contrario, eo quod sapiens fuit, male insipiens. Intelliges vero quid sit: *Novissimum ejus erit insipiens*, si scias, quomodo etiam tibi per Apostolum præcipiatur, ut pro salute tua insipientiam recipias: *Si quis*, inquit, *videtur sibi sapiens esse in vobis in isto sæculo, stultus fiat.* Solvit qui ante clamavit: stultus est & fatuus, ut sapiens fiat. Si itaque est quædam sapientia culpabilis, juxta quam filii sæculi hujus sapientiores sunt filiis lucis in generatione ista, bonus est Deus qui contrariis diversa subvertit, ut faciat compleri id quod dictum est: *Novissimum ejus erit insipiens.* Quando novissimum ejus erit insipiens? oportet Christum regnare, usque dum ponat omnes inimicos ejus Deus sub pedibus ejus. Cum omnia ei subjecerit, novissimus inimicus destruetur mors; cum destructa fuerit mors, tunc extrema perdicis erunt, & novissimum ejus fiet insipiens. Hæc de perdice. Principium vero capituli secundum istud lectum est: *Thronus gloriæ exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra. sustentatio Israel. Domine omnes qui te dereliquerunt, confundantur, decedentes super terram scribantur, quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Dixit Esaias beatus Propheta videns Dominum, & regnum ejus: *Vidi Dominum Sabaoth sedentem super sedem excelsam & elevatam.* Vidit & Hieremias, quomodo Deus regnat, propter quod glorificans eum ait: *Thronus gloriæ, exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra.* Sive de Christo volueris ista intelligere, non peccabis: sive de Patre, non impie sentiet: est enim thronus gloriæ excelsus, & à principio Salvator est. Thronus gloriæ est propter quod regnum ejus, & sanctificatio nostra, Christus est; *Qui & ipse sanctificans, & nos sanctificati ex uno omnes sumus. Sustentatio Israel.* Sicut ipse justitia Christus, ipse veritas, ipse sanctificatio, similiter est ipse etiam sustentatio. Et non aliquid justum sine eo, neque patiens quod in se non habet Christum: ipse est enim sustentatio Israel. Si autem ad Patrem & hoc retuleris, non impie intelligis. *Domine, omnes qui te derelinquunt, confundãtur discedẽtes.* Unusquisque nostrum quando peccat, per ea quæ peccat, Christum relinquit: relinquens autem Filium, reliquit & Patrem. Injustus à justitia longe est, pollutus à sanctimonia, bellator à pace: & qui sub potesta-

Esaiæ 10. 12. 13

I. Cor. 3. 18.

Ier. 17. 12. 13.

Esaiæ 6. 1.

Hebr. 2. 11.

Ierem. 17. 13

A τατ ⊕ πάντων τ θηρίων τ ἐπὶ γῆς, ὧν ἐποίησε κύρι ⊕ ὁ θεὸς· φέρ νιμ ⊕ ἰδ, κ τ ἐιρημμον ὀν τῷ ἠσαΐᾳ· ἐπάξω γὰρ ἐπὶ τὸν νῶν τὸν μέγαν τὸν ἄρχοντα τ ἀσσυρίων· εἶπε γάρ. τῇ ἰσχύι ποιήσω ⊂ τῇ σοφίᾳ ***

B

C

D

ὁ χρισός ἐστιν· ὅτε γὰρ ὁ ἁγιάζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. τὸ μονὴ ἰσραήλ· ὥσπερ

E

οὐ ⊂ δικαιοσύνη, ἐστὶν ὁ σωτὴρ, οὐ ⊂ ἀλήθεια, οὐ ⊂ ἁγιασμός, ὅτως οὐ ⊂ ὑπομονή. ἡ ⊂ ἐστὶ ὅτε δίκαιον εἶναι χωρὶς χρισ ⊂, ὅτε ἄγιον χωρὶς αὐτ ⊂, ὅτε ὑπομένειν μὴ χρισὸν ἔχοντα. ὑπομονὴ γὰρ ἰσραὴλ αὐτός ἐστι· κἂν ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναφέρῃς, ὅρᾳ ὅτως ἀσεβήσεις· κύριε, πάντες οἱ καταλιπόντες σε καταισχυνθήτωσαν ἀφεστηκότες· ἕκαστ ⊕ ἡμῶν ὅτε ἁμαρτάνει, καταλείπει τὸν θεόν. ἀδικῶν γὰρ καταλείπει τὸν θεόν, καὶ βέβηλος γινόμενος καταλείπει ἁγιασμόν, ⊂ πολεμῶν καταλείπει εἰρήνην, καὶ ὑπὸ τῷ πολεμίῳ

μίω γινόμενος καταλείπει τὴν ἀπολύτρωσιν, ἢ ἔξω τῆς σοφίας ὢν τοῦ θεοῦ καταλείπει τὴν σοφίαν· πᾶσιν ἐν τοῖς καταλείπουσι τὸν θεὸν ἀεὶ ὁ προφήτης, διδάσκων ἡμᾶς τὸ ἐσόμενον αὐτοῖς λέγων· πάντες οἱ καταλείποντές σε καταισχυνθήσονται. ὅσον ἀφεῖκασι, τοσοῦτον ἐπὶ τῆς γῆς γραφήσονται· πάντες ἄνθρωποι γεγράφονται, οἱ μὲν ἅγιοι ἐν οὐρανῷ, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ ἐπὶ τῆς γῆς· λέγει πρὸς τοὺς καθηγητὰς τοῦ Ἰησοῦ· χαίρετε, ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὐκοῦν χαίρειν δεῖ, ἐὰν τοιοῦτός τις ᾖ, ἵνα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐγγραφῇ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὡς δὲ τὸ ὄνομα τῶν ἁγίων ἐγγράφεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς, οὕτως τῶν πολιτευομένων γίνεσθαι, τὸ πάνυ πορευομένων τὴν γῆν ἐδώμ, ἀλλὰ τοὺς ἀγροὺς τῆς ἐδώμ ἐχόντων καὶ τοὺς ἀμπελῶνας, γεγράφεται τὰ ὀνόματα, ὡς καταλειπόντων τὸν θεὸν ἐπὶ τῆς γῆς καταισχυνθήσονται γάρ, φησίν, ἀφεικότες, ἐπὶ τῆς γῆς γεγράψονται· καὶ γὰρ ὧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν· αἴτιος ἑκάστου ἑαυτῷ ἐστι τοῦ γεγράφθαι. εἰ ἐπὶ γῆς ζητεῖς, οὐ ζητεῖς τὰ οὐράνια. εἰ νενοῦκε τὴν ψυχὴν θεὶς τὰ τῇδε πράγματα, οὐ σεαυτῷ αἴτιος γίνῃ, τοῦ ἰδίου γεγονότος· μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυρὸς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζουσι. καὶ ὅπου κλέπται διορύττουσι καὶ κλέπτουσιν. ἀλλὰ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυρὸς ἐν οὐρανοῖς· θησαυρίζεις ἐν οὐρανῷ; σεαυτῷ αἴτιος εἶ τοῦ τὸ ὄνομά σου ἐγγράφεσθαι ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ταῦτα διὰ τοῦ ἐπὶ τῆς γῆς γεγράφθαι. καὶ τὴν αἰτίαν λέγει· ὅτι ἐγκαταλέλοιπον πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον· καὶ ἐν τῇ ἀρχῇ ὁ αὐτὸς προφήτης ἔλεγεν ὅτι πρόσωπον τοῦ θεοῦ· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζωῆς καινῆς· ἐγκατέλιπον πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον· εἴπωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, εἰ πῇ θέλομεν μὴ ἐγκαταλιπεῖν πηγὴν ζωῆς τὸν κύριον, τὴν φωνὴν τῶν γνησίων Ἰησοῦ μαθητῶν, οἳ εἰρήκασι πρὸς τὸν διδάσκαλον εἰπόντα αὐτοῖς· μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε πορεύεσθαι; τί οὖν εἴπωμεν; καὶ πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις· ἐνθάδε ἔλθε καὶ ἡ δευτέρα φωνὴ εἰκόπη· εἶτα πάλιν οὐχί ἐστιν, ὅτως ἔχουσα ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. σῶσόν με, καὶ σωθήσομαι. ὅτι καὶ χρῆμά μου σὺ εἶ· ἰδὲ αὐτοὶ λέγουσι πρός με. πῦ ἐστιν ὁ λόγος κυρίου. ἐλθέτω· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐκοπάσα κατακολουθῶν ὀπίσω σου. καὶ ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα, σὺ ἐπίστασαι· μόνον τοῦ ἐλθεῖν διὰ τοὺς κακῶς ἔχοντας ἰατρῶν, καὶ λέγοντα· οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες, * εἰπεῖν τεθαρρηκότως πάντα τὸν βουλόμενον θεραπευθῆναι ἀπὸ νοσεῖν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι· εἰ δέ τις ἄλλος τρόπος τὸν ἐπαγγέλ-

* καὶ οὐ τὴν ἀν

A te inimici esse incipit, à redemptione fit alienus; & qui extra sapientiam Dei est, sapientiam Dei derelinquit. Docens itaque nos Propheta, quid de omnibus qui Dominum deserunt, sit futurum, ait: *Vniversi qui te derelinquunt, confundantur discedentes* hoc est, quantum te deserunt, confundantur discedentes. *Super terram scribantur*: Omnes homines describuntur, sancti in cœlo, peccatores super terram. Dicit ad Discipulos Jesus: *Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.* Igitur oportet lætari si talis quis fuerit, ut nomen ejus scribatur in cœlis. Et quomodo justorum nomina in superioribus conscribuntur; sic è contrario eorum qui conversantur terrenè, qui non pertranseunt terram Edom, sed agros terræ Edom, & vineas possident, scribuntur nomina quasi relinquentium Deum super terram. *Confundantur discedentes, super terram scribantur. Quo* enim *metro mensi sunt, remetietur eis ipsis.* Sibi unusquisque caussa est, ut scribatur super terram, si non cœlestia requirat in terra, si semper anima ejus de istius mundi negotiis æstuet, quę videntur sæculo bona. Si vero audiens Jesum loquentem: *Nolite vobis thesaurizare thesauros super terram, ubi tinea & vermes exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur, sed thesarizate vobis thesauros in cœlo.* Qui thesaurizaverit sibi in cœlo, ipse sibi caussa est, ut scribatur in cœlis. Hæc propter id quod scriptum est: *Super terram scribantur*; caussamque commemorat: *Quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Et in principio ipse Propheta ex persona Domini dicit: *Me dereliquerunt fontem vitæ*: & nunc: *Quia dereliquerunt fontem vitæ Dominum.* Dicamus ergo & nos, si nolumus derelinquere fontem vitę Dominum, vocem proximorum Jesu Christi Discipulorum, qua locuti sunt ad magistrum, cum eis diceret: *Nunquid & vos vultis recedere?* Quid igitur dicemus? *Domine ad quem ibimus? verba vitæ tu habes.* Sic finita est etiam secundi capituli circumscriptio. Sequens oratio est ista continens: *Sana me Domine, & sanabor; salvum me fac, & salvus ero, quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me; Vbi est sermo Domini? veniat. Ego autem non laboravi subsequens post te, & diem hominis nō concupivi, tu scis.* Soli qui propter male habentes venit medico, dicenti: *Non indigent sani medico, sed male habentes*, dicendum est confidenter ab eo qui ægrotantem suam ani-

Luc. 10. 20

Matth. 7. 2

Matth. 6. 19.

Ier. 2. 13.

Ioh. 6. 68.

Ier. 17. 14, 15, 16

Matth. 9. 12

Luca 8.43. animam vult salvari: *Sana me Domine & sanabor.* Etenim illa in Evangelio mulier sanguinem fluens omnem substantiam suam expendit in medicis, nec potuit à quoquam eorum sanari: ad nullum quippe ex eis dignum erat dici: *Sana me Domine, & sanabor*, nisi ad solum cui sufficit vestimenti tantum fimbriam tangere, cui ego uni dicam: *Sana me Domine, & sanabor.* Tunc siquidem medicinam sanitas sequitur, si Christus curare dignetur: *Salvum me fac, & salvus ero. Falsus equus in salutem.* Propterea ei dicam: *Salvum me fac, & salvus ero.* Et hoc ita gaudebo loqui, si omni renuntians gloriæ sæculari potero & reliqua dicere: *Quoniam gloria mea tu es*: aut cum complevero mandatum in quo præcipitur: *Non glorietur sapiens in sapientia sua, neque fortis in virtute sua, neque dives in divitiis; sed in isto glorietur qui gloriatur, intelligere & scire, quia ego sum Dominus.* Beatus itaque qui renuntiaverit omni gloriæ quæ deorsum est, veluti super nobili genere, super pulchritudine & corporalibus bonis, super divitiis & jactatione. Beatus qui contemta vana gloria dicit ad Dominum: *Quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me; Vbi est sermo Domini? veniat. Ego autem non laboravi subsequens post te.* Jesus tibi dicit: *Tolle crucem tuam & veni, sequere me.* Et, *Qui non reliquerit patrem aut matrem, & secutus fuerit me, non est dignus meus esse Discipulus.* Si igitur talis fueris, ut semper Christum sequaris, quanto plus secutus fueris, tanto minus laborabis. Non enim lassitudo erit in Jacob, neque apparebit dolor in Israel. Propterea dixit, ut non laboremus ulterius, laborantes antequam inceperimus cum sequi: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Si laborantes venerimus ad Jesum, & cum fuerimus secuti, tunc dicere poterimus: *Ego autem non laboravi subsequens post te, & diem hominis non concupivi.* Est quædam dies hominis: est quædam dies Domini; id est, dies resurrectionis, quam omnis Sanctus desiderat; non illam de qua scriptum est: *Væ eis qui desiderant diem hominis. Nam dies ista est tenebræ, & non lux.* Quis est qui possit dicere. *Et diem hominis non concupivi?* Explanatio verbi convincit nos, quia diem concupiscamus hominis. Frequenter quippe ægrotantes, cum in phantasmate esse febrium

Jer. 9. 23.

Jer. 17. 15. 16

Matth. 16. 24.

Luca 14. 26

Matth. 11. 28.

Amos 5. 18

A λε) τῶν τῶν ψυχῶν ἰατρικῶν, οὐκ ἂν λέγοις ἐκείνῳ ἀληθεύων· ἴασαί με κύριε, & ἰαθήσομαι & γὰρ ἐκείνη ἡ αἱμορροοῦσα ἐδαπάνησε τὰ παρ' αὐτῆς πάντα εἰς τοὺς ἰατρούς, & οὐκ ἔρρωσεν ὑπ' οὐδενὸς αὐτῶν θεραπευθῆναι, πρὸς οὐδένα γὰρ ἐκείνων οὔλογον ἦν εἰπεῖν· ἴασαί με κύριε, & ἰαθήσομαι, ἢ πρὸς μόνον, * ἀρκεῖ ἅψασθαι τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου. λέγω δὲ πρὸς τοῦτον. ἴασαί με κύριε, & ἰαθήσομαι ἐὰν γὰρ ἰάσῃ, τὸ τέλος ἐπακολουθήσει τῇ δόξῃ σοῦ

B ἰάσει ἡ θεραπεία, ὥς γε ἂν με σωθῆναι· ὅθι ὃ ἂν σώσῃς, σωθήσομαι μόνῃ ἡ ἀληθῶς σωτηρία, ἐὰν σώσῃ χρηστός ἐπεὶ τότε σωθήσομαι· ψευδὴς ἴππος εἰς σωτηρίαν· ψευδῆ & τὰ ἄλλα πάντα πρὸς τὸν θεὸν εἰς σωτηρίαν. διὰ τοῦτο αὖθις εἴποιμι ἂν σῶσόν με κύριε, & σωθήσομαι· & λέγω τοῦτο, ἐὰν & τὸ ἑξῆς δυνηθῶ λέγειν, τὸ ἀποτεταχθαι πάντα καυχήματα, ἵνα εἴπω· ὅτι καύχημά μου εἶ σύ. ἢ ὅτε πληρώσω

C λέγουσαν ἐντολήν, μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, μηδὲ ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ. ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος, τοῦ συνιέναι & γινώσκειν ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος· μακάριος οὖν ὁ ἀποταξάμενος πάσῃ τῇ κάτω καυχήσει, ὅς γε ὑπὲρ καλουμένης εὐγενείας, καὶ ὑπὲρ κάλλους, & τοῖς σωματικοῖς πράγμασιν, ὑπὲρ πλούτου, ὑπὲρ δόξης, καὶ δοκιμάζει μιᾷ καυχήσει, ἵνα εἴπῃ· ὅτι καύχημά μου εἶ σύ· ἰδοὺ οὗτοι λέγουσι πρὸς

D με· ποῦ ἐστιν ὁ λόγος κυρίου. ἐλθέτω· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐποιήσατο καταλαβεῖν ὀπίσω σου· ὁ Ἰησοῦς δὲ λέγει· αἴρει τὸν σταυρόν σου, καὶ ἀκολουθεῖ μοι· καὶ ἄφες πολλά, καὶ ἀκολουθεῖ μοι· & ὅς οὐ μὴ καταλείψει τὸν πατέρα & τὴν μητέρα, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος εἶναι μαθητής· ἐὰν ἦν θυγάτηρ τοιοῦτος, ὥστε πολλάκις ἀκολουθεῖν τῷ Ἰησοῦ, καὶ ἀκολουθήσεις, καὶ ὅλον ἀκολουθεῖς, ἐκοπάσας· οὐκ ἔστι γὰρ μόχθος ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ ὀφθήσεται πόνος ἐν Ἰσραήλ· οὐκ ἔστι

E κόπος ἀκολουθοῦντι Ἰησοῦ. αὐτὸς τὸν ἀκολουθεῖν φέρει τὸν κόπον. διὰ τοῦτο αὐτὸς φησιν, ἵνα μὴ κοπῶμεν, κοπάσαντες πρὸς ὃ ἀρξάμενοι ὀπίσω ἀκολουθεῖν· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες, & πεφορτισμένοι. κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἐὰν ὦν κοπιῶντες ἔλθωμεν πρὸς αὐτὸν, & ἀκολουθήσωμεν ὀπίσω, ἐρεῖμεν. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐκοπίασα καταλαβεῖν ὀπίσω σου· τοῦτο δὲ ἀκολουθόν ἐστιν εἰπεῖν ἡμᾶς. & τὸν ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα· ἔστι τις ἡμέρα ἀνθρώπου, ἔστι τις ἡμέρα θεοῦ· τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως τῶν ἁγίων ὑπεθυμησάτω ἕκαστος ἡμῶν, μὴ ἐκείνην πρὸς ἣν γέγραπται· οἱ ὑπεθυμοῦντες ἡμέραν κυρίου. καὶ ἀπὸ ἐστὶ σκότος, καὶ ὀφθῶς· τίς ἐστιν ὁ λέγων· & ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα; ἡ σαφήνεια δὲ λόγου ἐλέγξει ἡμᾶς, ὅτι ἡμέραν * ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθυμησαμεν,

μθ, πολλάκις * νήσαντες, καὶ ἐν φοβοῦσα θανάτου θύρᾳ, τὸ ὀξὺ τῶν καλοῦμθ ἀποκτεῖναι ἡμᾶς ἀδελφοὺς, καὶ φαμθ. αἴτησαί μοι ὀλίγον, αἴτησαί μοι ὀλίγον τοῦ βίου. ταῦτα λέγοντες, οὐχ ἡμέραν ὑπόδυμεθ ἁγίου θεοῦ, ἀλλ' ἡμέραν ἀνθρώπου· διόπερ ἀποθέμθοι τὴν φιλοζωίαν, καὶ τὸν ὑπόδυμεῖν ἀνθρωπίνην ἡμέραν, ζητήσωμθ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἰδεῖν, ἐν ᾗ πιστεύομεθα τὸν χριστὸν ἡμῶν μακαριότητος. ὧ ἐστιν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A cœperimus, & mortis limine urgeri, ad eos qui nos visitant fratres, lassas manus attollimus, orantes eos, ut pro nobis Dominum deprecentur, atque dicentes: Roga mihi aliquod vitæ spatium, roga ut aliquantisper in hac luce permaneam. Ista memorantes, non diem sanctum Domini, sed diem hominis desideramus. Quapropter longæ vitæ amore deposito, & desiderio humanæ diei, quæramus illam diem videre, in qua participes ejus beatitudinis quæ in Christo est, efficiamur, cui est gloria & imperium in sæ-
B cula sæculorum, Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ιη'.

Εἰς τὸ.

Ὁ λόγος ὁ γενόμενος παρὰ κυρίου πρὸς ἱερεμίου λέγων· ἀνάστηθι καὶ κατάβηθι εἰς τὸν οἶκον κεραμέως· μέχρι τοῦ· τάξαι τὴν γῆν αὐτοῦ εἰς ἀφανισμόν.

HOMILIA XVIII.

in istud:

Verbum quod factum est à Domino ad Ieremiam dicens: Surge, & descende in domum figuli. usque ad illud: *Ad ponendum terram suam in desolationem.* Ier. 18, 1. Ier. 18. 16.

Interprete BALTHAZARE CORDERIO.

Δύο εἰσὶν ἑξῆς ὁράσεις αἱ ἀνεγνωσμέναι ἱερεμίου. ὧν ἡ μὲν πρώτη περιέχει τὰ περὶ τοῦ ἐν τῇ χειρὶ κεραμέως πηλίνου σκεύους, ὅπερ ὑπεδέχετο μετὰ τὴν διορθωσιν· ἀναπλάσαντος γὰρ αὐτὸ δυνατὸν ἐστιν· ἡ δὲ ἑτέρα ὅρασις περιέχει τὰ περὶ τοῦ ὀστρακίνου * κίνους, ὃ καταχυθὲν οὐκ ἔτι θεραπεία· ὅτε μὲν γὰρ πήλινον ἦν, εἰ * κατεάχθη, καὶ ἤδη μεμορφωμένον ἦν, ἐπεὶ πήλινον ἦν, ἐνεδέχετο πάλιν εἶναι φύραμα δεύτερον, καὶ κατασκευὴν δεύτερον. ὅτε δὲ μετὰ τὸ πήλινον γέγονεν, ἤδη ὀστράκινον, καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἐστόμωται, τότε οὐχ * οἷόν τε μετὰ τὴν διορθωσιν τοῦ ὀστρακίνου θεραπείαν γενέσθαι αὐτῷ· τί οὖν βούλεται ταῦτα; πρότερον ἐν διανοίᾳ καταλαβόντες, εἶτα, ἐὰν δοθῇ, καὶ λέξιν ἐξετάσωμεν. ὅσον ἐσμὲν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, μορφούμεθα, ἵν' οὕτως ὀνομάσω, διὰ τὸ πήλινον ἡμῶν σκεῦος κεραμευτικῶς. καὶ μορφούμεθα ἤτοι καὶ * κακίαν, ἢ καὶ ἀρετήν. πολὺ οὕτως μορφούμεθα, ὡς ὑπεδέχετο τὴν κακίαν ἡμῶν συντριβῆναι, ἵνα γένηται τὴν κακίαν ἡμῶν συντριβῆναι, ἵνα γένηται καινὸν κτίσμα βέλτιον, καὶ τὴν προκοπὴν ἡμῶν ἀναλυθῆναι, καὶ τὴν μόρφωσιν αὐτοῦ, εἰς σκεῦος πήλινον. ἐπὰν δὲ καὶ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἥκομεν πρὸς τὸ τέλει γενόμενοι τοῦ ζῆν, ἔπειτα πυρωθέντες, ἤτοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῶν πεπυρωμένων καὶ πόνου βελῶν, γενέσθαι * ὁ ἵππος τοῦ

DUæ sequuntur visiones quæ leguntur apud Jeremiam; quarum prima quidem continet ea quæ pertinent ad vas luteum in manu figuli situm, quod post contritionem suscipit emendationem; siquidem potest reformari. Altera vero visio est
C de vase testaceo indurato, cujus confracti non sit remedium: quando enim luteum erat, si confringeretur, licet pridem esset efformatum, quia tamen luteum erat, denuo in massam subigi altera vice poterat, & secundam formam suscipere: sed quando postquam luteum fuerat, jam testaceum evaserat, & ab igne obduruerat, tunc minime poterat post testæ contritionem illi amplius remedium adhiberi. Quid igitur hæc sibi volunt? Primum singularem hujus
D intelligentiam consideremus; deinde, si licuerit, secundum textum examinemus. Dum sumus in hac vita, efformamur, ut sic dicam, propter hoc luteum vas nostrum arte figulina, & formamur vel secundum virtutem; veruntamen sic formamur, ut malitia nostra possit conteri, ut fiat nova creatura præstantior, & profectus noster, post efformationem suam, resolvi denuo possit in vas luteum: quando autem post instans sæculum ad vitæ hujus terminum per-